

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1629**


Pro p. Sylla

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

## PRO P. SYLLA.

ORATIO XXV.

z


 Aximè vellem, iudices, vt P. Sylla & antea dignitatis sua splendorem obtinere, & post calamitatem acceptam, modestia fructum aliquem potuisset percipere. sed quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore cum communi ambitionis inuidiâ, tum singulari Antronij odio euerteretur: & in his pristina fortuna reliquis miseru & afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset: quanquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malu facillè patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiamque notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent: improbi, ac perditici ciues, edomiti, atque victi, præcipit ante rep. vehementem me fuisse atque fortem, conseruata mitem, ac misericordem faterentur.\* & quoniam L. Torquatus meus familiaris, ac necessarius, iudices, existimauit, si nostrâ in accusatione sua necessitatem familiaris-

PRO P. SYLLA:

liaritatēque violasset, aliquid se de auctoritate  
 meā defensionis posse detrabere, cum huius peri-  
 culi propulsatione coniungam defensionem officij  
 mei. quo quidem genere non vterer orationis, iudi-  
 ces, hoc tempore, si mea solum interesset: multo e-  
 nim mihi locus & data facultas est, & sapē dabi-  
 tur, de mea auctoritate diripisset, tantum se de  
 huius praesidijs diminuturum speravit: sic hoc ego se-  
 ntio, si mei facti rationem vobis, constanciamque  
 huius officij ac defensionis probauero, causam quo-  
 que me P. Sylla probaturum. \* ac primum abs te il-  
 lud, L. Torquate, quaro. cur me à ceteris clarissimis  
 viris ac principibus ciuitatis, hoc in officio, atque in  
 hoc defensionis iure, secernas? quid enim est, quamo-  
 brem abs te, Q. Hortensij factum, clarissimi viri,  
 atque ornatissimi ciuis, non reprehendatur, repre-  
 hendatur meum? nam si inritum est consilium à P.  
 Sylla instāanda ciuitatis, huius extinguendi impe-  
 rij delēda vrbis, mihi maiore hac res dolorem, quam  
 Q. Hortensio, mihi maius odium asferre debet? meū  
 denique grauius esse iudicium, qui adiuuandus in his  
 causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui de-  
 ferendus esse videatur? \* ita, inquit: tu enim inuesti-  
 gasti, tu patefecisti coniurationem: quod cum dicit,  
 non attendit, eum, qui patefecerit, hoc curasse, vt id  
 oēs viderent, quod ante a fuisset occultum. quare i-  
 sta coniuratio si patefacta per me est, tam patet  
 Hortensio, quam mihi, quem cum videas honore hoc,  
 aucto-

ORATIO

auctoritate, virtute, consilio praeclitum, non dubi-  
 tasse, quin innocentem P. Syllam defenderet, qua-  
 ro, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit,  
 mihi interclusus esse debuerit? quæro illud etiam, si  
 me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid  
 tandem existimes de his summis viris, & clarissi-  
 mis civibus, quorum studio & dignitate, celebrari  
 hos iudicium & ornari, causam defendi huius in-  
 nocentis vides, non enim vna est ratio defensionis,  
 ea, qua posita est in oratione: omnes, qui adsumt,  
 qui laborant, qui saluum volunt, pro sua parte atq[ue]  
 auctoritate defendunt. \* an verò in quibus subfellijs  
 hac ornamenta ac lumina reip. viderem, in his me  
 apparere nollem, quorum ego opera illum in locum,  
 atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque  
 honoris multū meis ac magnis laboribus, & pericu-  
 lū, ascendissem? atque vt intelligas, Torquate,  
 quem accuses: si te id offendit, quid ego, qui hoc  
 genere quaestioni defenderim neminem, non desim  
 P. Sylla: recordare de ceteris, quos adesse huic vi-  
 des: intelliges, & de hoc, & de ceteris iudicium  
 meum & horum par atque vnum fuisse. \* quis no-  
 strum adfuit Vargunteio? nemo: ne hic quidem Q.  
 Hortensius, praesertim qui illum solus antea de am-  
 bitu defendisset: non enim iam se villo officio, cum  
 illo coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto sceler-  
 re commisso, omnium officiorum societatem dire-  
 misset: quis nostrum Ser. Syllam, quis P. Lentulum,  
 quis M. Leccam, quis C. Cornelium defendendum  
 putas.

PRO P. SYLLA.

put auit? quis his horum adfuit? nemo. quid ita? quia  
 ceteris in causis etiam nocentes viri boni, si necessa-  
 rii sunt, non defendendos esse non putant: in hoc cri-  
 mine, non solum leuitatis est culpa, verum etiam  
 quaedam contumacia sceleris, si defendas eum, quem ob-  
 strictum esse patria suspicere. \* quid Anronio non- 7  
 ne sodales, non collega sui, non veteres amici, quoru  
 ille copia quondam abundaret, non hi omnes, qui  
 sunt in rep. principes, defuerunt? inuid etiam testi-  
 monio plerique, laeserunt? statuerant tantum illud esse  
 maleficium, quod non modò non occultari per se,  
 sed etiam aperiri, illustrariq; deberet. quamobrem  
 quis est quod mirere, si cum istis in hac causa  
 vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis abfuisse?  
 nisi vero me vnum vis ferum prater ceteros, me a-  
 sperum, me inhumanum existimari, me singulari  
 immanitate & crudelitate pradirum. \* hanc mihi 8  
 tu, si propter res meas gestas imponis in omni vita  
 mea, personam, Torquate, vehementer erras. me na-  
 tura misericordem, patria seuerum, crudelem nec  
 patria, nec natura esse voluit. denique istam ipsam  
 personam vehementem & acrem, quam mihi tum  
 tempus & resp. imposuit, iam voluntas, & natura  
 ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seuerita-  
 tem postulauit, hac in omni vita misericordiam le-  
 uitatemq; desiderat. \* quare nihil est, quod ex tan-  
 to comitatu virorum amplissimorum, me vnum  
 abstra. simplex officium, atque vna est omnium  
 bonorum causa. nihil erit, quod admirare post hac,  
 si in ea parte, in qua hos animaduertaris, me vide-  
 bis:

ORATIO

hi: nulla est enim in rep. causa mea propria: tem-  
 pus agendi fuit magis mihi proprium, quam ceteris:  
 doloris vero, & timoris, & periculi fuit illa causa  
 communis, neque enim princeps tunc ad salutem esse  
 potuissem, si esse alij comites voluissent. quare necesse  
 est, quod mihi consuli praeceptum fuit praeter alios, id  
 iam priuato cum ceteris esse commune. neque ego  
 hoc patiendam inuidiam, sed communicandam laudis  
 causa loquor. oneris mei partem nemini impertio,  
 I O gloria bonis omnibus: \* in Antronium testimonium  
 dixisti, inquit, Syllam defendis. hoc totum eiusmo-  
 di est, iudices, vt, si ego sim inconstans ac leuis, nec  
 testimonio fidem tribui conuenerit, nec defensionis  
 auctoritatem: sin est in me ratio reipub, religio pri-  
 uati officij, studium retinenda voluntatis bonorum,  
 nihil minus accusator debet dicere, quam a me de-  
 fendi Syllam, testimonio laesum esse Antronium. vi-  
 deor enim non solum studium ad defendendas caus-  
 sas, verum opinionis aliquid & auctoritatis asserere:  
 qua & moderatè ego vtar, iudices, & omnino non  
 II vterer, si ille me non coegisset.\* Dua coniurationes  
 abste, Torquate constituantur: vna, qua Lepido, &  
 L. Tullo consulibus, patre tuo consule designato fa-  
 cta esse dicitur: altera, qua me consule harum in v-  
 traque Syllam dicis fuisse. patris tui fortissimi viri,  
 atque optimi consulis, scis me consilij non inter-  
 fuisse: scis me, cum mihi summus tecum usus esset,  
 tamen illorum expertem temporum, & sermonum  
 fuisse. credo, quod nondum penitus in repub. versa-  
 bar, quod nondum ad propositum mihi finem bo-  
 noris

PRO P. SYLLA.

horis perueneram, quoddam meam ambitionem, & foren-  
 sis labor ab omni illa cogitatione abstraherebat. \* quis <sup>12</sup>  
 ergo intererat vestri consilij? omnes hi, quos vides  
 huc adesse, & in primis Q. Hortensius: qui cum  
 propter honorem, ac dignitatem, atque animum  
 eximium in reipublica, tum propter summam fami-  
 liaritatem summumque amorem in patrem tuum,  
 tum communibus, tum praecipuis patris tui periculis  
 commouebatur, ergo istius coniurationis crimen  
 defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui  
 particeps & consilij vestri fuit, & timor: cuius in  
 hoc crimine propulsando, cum esset copiosissima atque  
 ornatissima oratio, tamen non minus inerat aucto-  
 ritatis in ea, quam facultatis. illius igitur coniura-  
 tionis qua facta contra vos, delata ad vos, à vobis  
 prolata esse dicitur, ego testis esse non potui: non mo-  
 do enim nihil comperi, sed vix ad aures meas istius  
 suspicionis fama peruenit. \* qui vobiscum in consilio <sup>13</sup>  
 fuerunt, qui vobiscum illa cognouerunt, quibus ipsis pericu-  
 lumtum consulari putabatur, qui Antonio non adfue-  
 runt, qui in illum testimonia grauiora dixerunt, hunc  
 defendunt, huic adsunt, in huius periculo declarant,  
 se non crimine coniurationis, ne adessent ceteris, sed  
 hominum maleficio deterritos esse. mei consularis  
 autem tempus, & crimen maxime coniurationis à  
 me defendetur. atque inter nos partitio non est fortu-  
 ita, iudices, nec temere facta: sed cum videremus eo-  
 rum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes  
 esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum puta-  
 uit, de quo aliquid scire ipse atque existimare potuis-  
 set.

24 set. \* & quoniã de criminibus superioris coniuratio-  
 nis Hortensium diligenter audisti, de hac coniura-  
 tione qua me consul facta est, hoc primum arẽdi-  
 re. Multa, cum essem consul, de summis rei periculis  
 auditi, multa quaesivi, multa cognoui: nullus unquã  
 de Sylla nuncius ad me, nullum indicium, nulla li-  
 tere perucnerunt, nulla suspicio. multum haec vox  
 fori esse deberet valere eius hominis, qui consul infi-  
 dias rei, consilio inuestigasset, veritate aperisset,  
 magnitudine animi vindicasset, cum ipse nihil au-  
 disse se, de P. Sylla, nihil suscipitum esse diceret: sed  
 ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum,  
 ad purgandum me potius vtor: vt mirari Torqua-  
 tus desinat, me, qui Antonio absuerim, Syllam de-  
 fendere. \* qua enim Antonij fuit causa? qua Sylla  
 25 est? ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare pri-  
 mum constatio voluit gladiatorum ac fugitiuorum  
 tumultu: deinde, id, quod videmus omnes, lapidatio-  
 ne, atq; concursu: Sylla, si sibi suus pudor ac dignitas  
 non prodesset, nullum auxilium requisivit. ille dam-  
 natus ita se gerebat non solum consilijs & sermoni-  
 bus, verum etiam aspectu atq; vultu, vt inimicus es-  
 se amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, ho-  
 stis patriae videretur: hic se ita fractum illa calamita-  
 te atq; afflictum putauit, vt nihil sibi ex pristina  
 dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia  
 26 retinisset. \* hac verò in coniuratione, quid tam  
 coniunctum, quam ille cum Catilina, cum Lentulo?  
 qua tanta societas vllis inter se rerum optimarum,  
 quanta ei cum sceleris, libidinis, audaciae quod fla-  
 gitium



PRO P. SYLLA.

gitium Lentulus non cum Antronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? cum in-  
 rim Sylla cum eisdem ipsis non modò noctem solitu-  
 dinemq; non quareret, sed ne mediocri quidem ser-  
 mone & congressu coniungeret. \* illum Allobro- 17  
 ges, maximarum rerum verissimi indices, illum  
 multorum litera, ac nuncy coarguerunt: Syllam in-  
 terea nemo insimulavit, nemo nominavit. postre-  
 mō, eiectō, siue emisso iam ex vrbe Catilina, ille ar-  
 ma misit, cornua, rubas, falces, signa, legiones: ille  
 relictus intus, expectatus foris, Lentuli pena cōpres-  
 sus, conuertit se aliquando ad timorem, nunquam  
 ad sanitatem: hic contra ita quieuit, vt eo tempore  
 omni Neapoli fuerit, vbi neq; homines fuisse putan-  
 tur, huius affines suspitionis, & locus est ipse nō tam  
 ad inflammandos calamitosorum animos, quàm ad  
 consolandos accommodatus. propter hanc igitur tā-  
 tam dissimilitudinem hominum, atque caussarum,  
 dissimilem me in vtroque prabui. \* veniebat enim 18  
 ad me, & sepē veniebat Antronius multū cum La-  
 chrymā supplex, vt se defenderem: & se meum con-  
 discipulum in pueritia, familiarem in adolescentia,  
 collegam in quastura commemorabat fuisse: multa  
 mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat offi-  
 cia. quibus ego rebus, iudices, ita stultēbar animo,  
 atque frangebar, vt etiam ex memoria, quas  
 ipse mihi fecerat insidias, deponerem: vt iam im-  
 missum esse ab eo C. Cornelium, qui me in se-  
 dibus meis, in conspectu vxoris mea ac liberorum  
 meorum trucidaret, obliuiscerer, quæ si de vno me  
 cogi-

## ORATIO

cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, nunquam me hercule illius lachrymis ac precibus restitissim. \* sed cum mihi patria, cum vestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem, & cum illa infesta ac funesta faces, vniuersumq; totius urbis incendium, cum tela, cum cades, cum ciuium cruor, cum cinis patria versari ante oculos, atq; animum memoria reficari ceperat: tum deniq; resistebam, neq; solum illi hosti ac parricida, sed viciam propinquis illius Marcellis patri & filio, quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in alijs vindicassim, idem in illorum socio, cum scirem, defendere: \* atque idem ego neq; P. Syllam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos, neq; huius M. Mesalla hominis necessarij preces sustinere potui: neque enim est causa aduersata natura: nec homo, nec res misericordia mea repugnauit. nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat, nullum crimen, nullum indicium. suscepi causam Torquate, suscepi, & feci libeter, vt me, quem boni constantem semper, vt spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crudelium dicerent. \* Hic ait se ille, iudices, regnum meum ferro non posse. quod tandem Torquate, regnum? consulatus, credo, mei, in quo ego imperaui nihil, sed contra patribus conscriptis, & bonis omnibus parui. quo in magistratu non institutum est

PRO P. SYLLA.

est à me, iudices, regnum, sed non permissum. quem  
 tum in tanto imperio, tanta potestate non dicitur fu-  
 isse regem, nunc priuatum regnare dicitur? quo tan-  
 dem nomine? quod, in quos testimonia dixisti, in-  
 quit, damnati sunt: quem defendis sperat se absolu-  
 tū iri. hic tibi ego de testimonijs meis hoc respondeo:  
 si falsum dixerim, te in eos dixisse: si verū non esse  
 hoc regnare, cum verū iuratos dicas probare. \* de  
 huius spe tantum dico, nullas à me opes P. Syllam,  
 nullam potentiam, nihil denique prater fidem de-  
 fensionis expectare, nisi tu, inquit, causam recepis-  
 ses, nunquam mihi restitisset: sed indicta causa, pro-  
 fugisset, si iam hoc tibi concedam, Q. Hortensium,  
 tanta grauitate hominem, si hos tales viros non suo  
 stare iudicio, sed meo: si hoc tibi idem, quod credi nō  
 potest, nisi ego huic adesse, hos adfuturos non fuisse:  
 vter tandem rex est, is ne, cui innocentes homines  
 non resistunt: an is, qui calamitosos non deseru? at  
 hic etiam, id quod tibi necesse minimè fuit, facetus  
 esse voluisti, cum Tarquinium, & Numam, & me  
 tertium peregrinum regē esse dixisti. mitto iam de  
 rege querere: illud quero, peregrinum cur me esse di-  
 xeris: nam si ita sum, non tam est admirandum re-  
 gem esse me, quia, vt tu vis, etiam peregrini reges Ro-  
 ma fuerunt, quam consulem Roma fuisse peregrini-  
 num. \* hoc dico, inquit, me esse ex municipio. fateor,  
 & addo etiam, ex eo municipio, vnde iterum iam  
 salus huic vrbi imperioq̃, missa est. sed scire ex te per-  
 uelut quamobrē, qui ex municipijs veniant, peregrini  
 tibi esse videantur: nemo enim istuc M. illi Catoni  
 seni,

22

23

## ORATIO

seti, cum plurimos haberet inimicos, nemo T. Co-  
 runcano, nemo Curioni, nemo huic ipsi nostro Ma-  
 rio, cum ei multi inuiderent, obiecit unquam, equi-  
 dem vehementer lator, eum esse me, in quem tu, cum  
 cuperes, nullam contumeliam iacere potueris, quæ  
 non ad maximam partem ciuium conueniret. sed  
 tamen te, à me, pro magnis causis nostris necessitu-  
 dinis monendum esse etiam atque etiam puto. non  
 possunt omnes esse patricij: si verum queris, ne cu-  
 rant quidem: nec se æquales tui propter istam causam  
 24 sam abs te antequam putant. \* at si tibi nos peregrini  
 videmur, quorum iam, & nomen & honos inuete-  
 ratur, & huic urbi, & hominum fama ac sermoni-  
 bus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos vi-  
 deri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tibi  
 de honore, & de omni dignitate contendunt? quorū,  
 caue, tu quenquam peregrinum appelles, ne peregrinorū  
 suffragijs obruare. qui si attulerint neruos &  
 industriam: mihi crede, excutiēt tibi istam verborū  
 iactationē, & te ex somno sapē excitabunt. nec pa-  
 tientur se abs te, nisi virtute vincantur, honore supe-  
 25 rari. \* ac si, iudices, ceteris patricijs me & vos pere-  
 grinos videri oporteret, à Torquato tamen hoc viti-  
 um sileretur: est enim ipse à materno genere munic-  
 palis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen  
 Asculani. aut igitur doceat Picentes solos non esse pe-  
 regrinos, aut gaudeat, suo generi me meū non ante-  
 ponere. quare neq, me peregrinū post hac dixeris, ne  
 grauius refutere: neq, regem, ne deridere. nisi fortē  
 regium tibi videtur, ita vinere, ut non modò homini  
 nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruillas contē-  
 nere

PRO P. SYLLA.

nere omnes libidines: non auri, non argenti, non cese-  
 rarum rerum indigere: in senatu sentire liberè: populi  
 utilitate magis consulere, quam voluntati: nemini  
 cedere: multis obfistere, si hoc putas esse regium, me  
 regem confiteor esse. sin te potentia mea, si domina-  
 rio, si denique aliquod dictum arrogans aut super-  
 bum mouet: quin tu id potius proferas, quàm verbi  
 inuidiam, contumeliamq; male dicti? \* ego, tamis à 26  
 me beneficijs in repub. positus, si nullum aliud mihi  
 pramium à senatu. populog; R. nisi honestum ocium  
 postulare, quis non concederet? si haberent hono-  
 res. si imperia, sibi prouincias, sibi triumphos, sibi a-  
 lia praeclara laudis insignia: mihi liceret eius vrbis,  
 quam conseruasse, conspectu tranquillo animo &  
 quieto frui? quid, si hoc non postulo? si ille labor meus  
 pristinus, si sollicitudo, si operæ, si vigilia deseruiunt  
 amicis, praesto sunt omnibus? si neq; amici in foro re-  
 quirunt studium meum, neque resp. in curia? si me  
 nō modo rerum gestarum vacatio, sed neq; honoris,  
 neq; atatis excusatio vendicat à labore? si voluntas  
 mea, si industria, si domus, si animus, si aures  
 patent omnibus? si mihi ne ad ea quidem, quae pro  
 salute omnium gesti, recordanda & cogitanda  
 quicquam relinquatur temporis? tamen hoc regnum  
 appellabitur? cuius vicarius qui velit esse, inueni-  
 ri nemo potest: longe abest regni suspicio. \* si qua- 27  
 ris, qui sint Roma regnum occupare conati: vt ne  
 replices annalium memoriam, ex domesticis imagi-  
 nibus inuenies res enim gesta, credo, mea me nimio  
 extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt.  
 qui-

ORATIO

quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere, me, qui è summis eripuerim periculum urbem hanc, & vitam omnium civium,
   
 28 satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundabit. \*
   
 etenim in qua civitate res tantas gesserim, memini: & in qua urbe, intelligo. Plenum forum est eorum hominum, quos ego à vestris ceruicibus depuli, iudices, à meis non remoueri, nisi verò paucos fuisse arbitramini, qui conari, aut sperare possent? se tantum imperiū posse delere. horum ego face: eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò consceleratas ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. quare non sum: nescius, quanto periculo vitam in tanta multitudine improborum, cum
   
 29 mihi vni cum omnibus improbis aeternum videam bellū esse susceptum. \* quod si illis meis praesidijs fortè inuides, & si ea tibi regia videntur, quod omnes boni omnium generum atq; ordinum, suam salutem meam coniungunt: consolare te, quod omnium mentes improborum mihi vni maxime sunt infensa, & aduersa. qui me non solum occirco oderunt, quod eorum conatus impios & furorem consceleratum represis: sed ed etiam magis, quod nihil iam se
   
 30 simile, me vno conari posse arbitratur. \* at verò quid ego miror, si quid ab improbis de me improbe dicitur: cum L. Torquatus, primum ipse huius fundamentis adolescentia iactis, ea spe proposita amplissima dignitatis, deinde L. Torquati fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi civis filius, m-
   
 ter-

PRO P. SYLLA.

terdum efferatur inmoderatione verborum? qui,  
 cum suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia  
 coniuratorum omnium dixisset, tantummodo ut  
 vos, qui ea probatis, exaudire possitis: de supplicio P.  
 Lentuli, de carcere magna & quaribunda voce di-  
 cebat. \* in quo primum illud erat absurdum, quod  
 cum ea, qua leniter dixerat, vobis probare volebat,  
 eos autem, qui circum iudicium stabant, audi-  
 re nolebat: non intelligebat ea, qua clarè diceret,  
 ita illos audituros, quibus se venditabat, ut vos quo-  
 que audiretis, qui id non probabitis. deinde alterum  
 iam oratoris vitium. non videre quid quaque causa  
 postulet: nihil est enim tam alienum ab eo, qui  
 alterum coniurationis accuset, quam videri coniu-  
 ratorum penam mortemque lugere. quod cum is  
 tribunus pleb. facit, qui vnus videtur ex illis ad  
 lugendos coniuratos relictus: nec mirum est (diffi-  
 cile est enim tacere, cum doleas) te, si quid eiusmodi  
 facias, non modò talem adolescentem. sed in ea cau-  
 sa, in qua te vindicem coniurationis velu esse, ve be-  
 nementer miror. \* sed reprehendo tamen illud maxi-  
 mè, quod isto ingenio & prudentia præditus, caus-  
 sam reip. non tenes, qui arbitrere plebi Ro. res eas nõ  
 probari, quas me consule omnes boni pro salute cõ-  
 muni gesserunt. ecquem tu horum, qui adsunt, qui-  
 bus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut  
 tam sceleratum statuis fuisse, ut hæc omnia perire  
 voluerit: aut tam miserum, ut & se perire cuperet,  
 & nihil haberet, quod saluum esse veller? an verd  
 clarissimum virum generis vestri ac nominis nemo

B b

repre-

ORATIO

reprehendit, qui filium suum vit a priuauit, vt in ceteru firmaret imperium: tu temp. reprehendus, qua domesticos hostes, ne ab q̄s ipsa necaretur, nec auit?

33 \* itaque attende iam, Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem consularis mei, maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, semperq. dicam: adestote omnes animus, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lator: erigite mentes, aures q̄, vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. ego consul, cum exercitus perditorum ciuium, clandestino scelere constatus, crudelissimum & luctuosissimum exitium patriae comparasset: cum ad occasum interitumque resp. Catilina in castris, in his autem templis atque relictis dux Lentulus esset constitutus: meis consilijs, meis laboribus, mei capitis periculis, sine delectu, sine armis, sine exercitu quinque hominibus comprehensus, atque confosus, incensione urbem, interuentione ciues, vastitate Italiam, interitu temp. liberavi. ego vitam omnium ciuium, statum orbis terrae, urbem hanc demique sedem omnium nostram, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum a-

34 mentium ac perditorum poena redemi. \* an me existimasti hac iniuratum in iudicio non esse dicturum, qua iuratus in maxima concione dixissem? atque etiam illud addam, ne quis forte incipiat improbus subito te amare, Torquate, & aliquid sperare de te: atque vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam: harum omnium rerum, quas ego in consulari



fulatu pro salute communi suscepi; & Torquatus; cum esset meus contubernalis in con-  
 latu, cum signifer esset iuuentutis, atque in pratura  
 fuisset, auctor, adiutor, particeps exiit: cum prin-  
 ceptis, cum auctor, cum signifer esset iuuentutis: pa-  
 rens eius homo amantissimus patria; maximi ani-  
 mi, summi consilij, singularis constantia, cum esset  
 ager, tamen omnibus rebus illis interfuit: nunquam  
 est à me digressus studio, consilio, auctoritate, vnus  
 adiunxit plurimum, cum infirmitatem corporis, ani-  
 mi virtute superaret. \* videsne, vt eripiã te ex im-  
 proborum subita gratia, & reconciliem bonis omni-  
 bus? qui te & diligunt, & retinent, retinebuntque  
 semper, nec, si à me fortè descueris, iccirco te à se, &  
 à rep. & à tua dignitate deficere patientur. Sed itã  
 redeo ad causam: atq; hoc vos, iudices, testor, mihi  
 de memetipso, tam multa dicendi necessitas qua-  
 dam imposta est ab illo. nam si Torquatus Syllam  
 solum accusasset; ego quoque hoc tempore nihil ali-  
 ud agerem; nisi eum, qui accusatus esset, defende-  
 rem: sed cum ille tota illa oratione, in me esset  
 inuectus, & cum initio, vt dixi, defensionem meam  
 auctoritate spoliare voluisset, etiam si dolor meus  
 respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc à  
 me orationem flagitasset. \* Allobrogibus nominatum 36  
 Syllam esse dicis, quis negat Sylla indicium? at  
 vide, quemadmodum nominatus sit. L. Cassium  
 dixerunt commemorasse, cum ceteris Antonium  
 secum facere, quero, num Syllam dixerit Cas-  
 sius: nunquam, sese aiunt quæsisse de Cassio, quid  
 Syllæ

... diligentiam Gallorum, qui vi-  
 utramque non nossent, ac tamum  
 vari calamitate qui fuerant, esse in-  
 te. quid tum? Casius si respondisset  
 , & secum facere Syllam, tamen mihi  
 etur in hunc id criminiosum esse debere.  
 quia qui barbaros homines ad bellum im-  
 t, non debebat minuere illorum suspicionem,  
 utgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur.

38 \* non respondit tamen vnà facere Syllam: etenim  
 esse absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset,  
 mentionem Sylla facere nullam, nisi admonitum  
 & interrogatum. nisi forè verisimile est P. Sylla  
 nomen in memoria Casio non fuisse. si nobilitas  
 homini, si afflicta fortuna, si reliquia pristina  
 dignitatis, non tam illustris fuissent tamen Antro-  
 niy commemoratio memoriam Sylla retulisset: et  
 iam, ut arbitror, cum auctoritate p in ipum con-  
 iurationis ad incitandos animos Allobrogum colli-  
 geret Casius, & cum sciret exteras nationes maxi-  
 mè nobilitate moueri, non prius Antronum, quam

38 Syllam, nominasset. \* iam verò illud probati  
 minimè potest, Gallos Antrono nominato, pu-  
 tasse propter calamitatis similitudinem, sibi ali-  
 quid de Sylla esse quarendum: Casio, si huc esset  
 in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Antro-  
 nium, huius in mentem venire potuisse. sed tamen  
 quid respondit de Sylla Casius? se nescire certam.  
 non purgat, inquit, dixi antea. ne si argueret  
 quidem tum denique, cum esset interrogatus, id  
 mihi

Mibi inno-  
 & p...  
 non purg...  
 inuogat se  
 statu prob...  
 prid nã ne  
 fer, ne vili  
 esset nesci...  
 de Sylla vn...  
 mi eius plet...  
 noluit esse  
 Gallia dare  
 ferre, se dix...  
 de omnib...  
 rim esse neg...  
 nem hanc eg...  
 te omnibus  
 purgatio det...  
 ne Casius d...  
 tra a Sylla  
 minatione  
 fat: ait me  
 retulisse  
 vestra sua  
 dare, vt co  
 in illa tur...  
 desperari  
 seruanda p...  
 tibus cet...  
 contulisti

PRO P. SYLLA.

mibi criminofum videretur. \* sed ego in iudicijs, 39  
 & quæftionibus non hoc quarendum arbitror,  
 num purgetur aliquis, fed num arguatur: etenim  
 cum negat fe fcire Cafius, vtrum fubleuat Syllam,  
 an fati probat fe nefcire? fubleuat apud Gallos:  
 quid ita? ne indicenti? quid? fi periculum efle putaf-  
 fer, ne vlli vnquam iudicarent, de fe ipfo confenfus  
 effer? nefciuit. credo, iudices, celatum efle Cafium  
 de Sylla vno: nam de ceteris certè fciebat. & ea do-  
 mi eius pleraquæ conftata efle conftabat, qui negare  
 noluit efle in eo numero Syllam, quo plus fpei  
 Gallis daret, dicere autem falſum non aufus eſt, ne-  
 fcire, fe dixit. atqui hoc perſpicuum eſt, cum is, qui  
 de omnibus fcierit, de Sylla fe fcire negarit, eandem  
 vim efle negationis huius, quam ſi extra coniuratio-  
 nem hunc efle fe fcire dixiffet. nam cuius ſcientiam  
 de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignorantia de aliquo,  
 purgatio debet videri. ſed iam non quæro, purget-  
 ne Cafius Syllam: illud mihi tantum fati eſt, con- 40  
 tra Syllam nihil efle in iudicio. \* Excluſus hac cri-  
 minatione Torquatus, rurfus in me irruit, me accu-  
 ſat: ait me aliter, ac dictum eſt, in tabulas publicas  
 veruliſſe. ò dij immortales ( vobis enim tribuam, qua  
 veſtra ſunt: nec verò poſſum meo tantum ingenio  
 dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas  
 in illa turbulentiffima tempeſtate reip. mea ſponte  
 deſpexerim ) vos profectò animum meum tum con-  
 ſeruanda patria cupiditate incendiſti: vos me ab o-  
 mnibus ceteris cogitationibus ad vnã ſalutem reip.  
 contuliſti: vos denique in tantis tenebris erroris &

## ORATIO

inscientia, clarissimū lumen pratulisti menti mea,  
 vidi ego hoc, iudices, nisi recenti memoria senatus,  
 auctoritatem huius indicij monumentu publicu te-  
 status essem. fore vt aliquando non Torquatus, ne-  
 que Torquati quispiam similis, (nam id me mul-  
 tum fefellit) sed vt aliquis patrimonio naufragu,  
 inimicus ocij, bonorum hostis, aliter indicata hac esse  
 diceres, quò facilius vento aliquo in optimum  
 quemque excitato, possēt in malis reip. portum suo-  
 rum malorum aliquem inuenire. itaque introdu-  
 ctis in senatum indicibus, constitui senatores, qui om-  
 nia indicum dicta, interrogata, responsa perscri-  
 berent. \* at quos viros? non solum summa virtute,  
 & fide, cuius generis in senatu facultas maxima:  
 sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consue-  
 tudine, & celeritate scribendi facillimè, qua dice-  
 rentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat  
 praetor, M. Messalam, qui tum praetor am petebat: P.  
 Nigidium, App. Claudium. credo esse neminem, qui  
 his omnibus, aut verè referendus, aut etiam scriben-  
 di, putet ingenium defuisse. quid deinde? quid fecit  
 cum senem ita indicium in tabulas publicas rela-  
 tum, vt illa tabula, priuata tamen custodia, more  
 maiorum continerentur: non occultaui, non con-  
 tinui domi, sed describi ab omnibus statim librarijs,  
 diuidi passim, & peruulgari, atque edi populo R.  
 imperaui: diuiso toti Italia, diuisi in omnes pro-  
 uincias: eius indicij è quo salus oblata esset omni-  
 bus, expertem esse neminem volui. \* itaq; dico locum  
 in orbe terrarū esse nullum, quo in loco populi R. no-  
 men

42

43

PRO P. SYLLA.

men sit, quin eodem perscriptum hoc indicium per-  
 uenerit, in quo ego tam subito, & exiguo, & turbido  
 tempore multa diuinitus, ita ut dixi, non mea spon-  
 te prouidi: primum, ne qui posset tantum aut de resp.  
 aut de alicuius periculo meminisse, quantum uellet:  
 deinde, ne cui liceret vnquã reprehendere illud indi-  
 ciũ, aut temerẽ creditũ criminari: postremò ne quid  
 iam à me, ne quid ex meis cõmẽtarijs quareretur: ne  
 aut obliuio mea, aut memoria videretur nimia: ne  
 deniq; aut negligentia turpis, aut diligentia crude-  
 lis putaretur. \* sed tamen abs te, Torquate, quaro, 44  
 cùm indicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei  
 frequens senatus & recens memoria testis: tibi meo  
 familiari & contubernali, prius etiam edituri fu-  
 erint indicium scriba mei, si uoluisses, quàm in co-  
 dicem retulissent: cùm uideres aliter fieri, cur taci-  
 istis passus es? non mecum, aut cum familiari meo  
 questus es? aut, quoniam tam facild inueheris in a-  
 micos iracundius aut uehementius exposit: ulastu  
 cum tua vox nunquã sit audita, cùm indicio lecto,  
 descripto, diuulgato queueris, & ueris: repentiã  
 tantam rem ennucciare audeas? & in eum locum te de-  
 ducas, ut antiã quam me commutatis indicij coargu-  
 eris, te summa negligentia tuo iudicio conuictum 45  
 esse fateare? \* m. h. cuiusquam salus tanti fuisset,  
 ut meam negligẽtiam per me ego ueritatem patefa-  
 etiam contaminarem aliquo mendacio? quenquam  
 deniq; ego iuua rem. à quo & crudeles insidias in rep.  
 factas, & in me potissimum consulem putare? quod  
 si iam essem obliuis seueritatis, & constantia mea,

## ORATIO

ranne amenseram, vt. cum litera posteritatis caus-  
 sareperiasint, qua subsidio obliuioni esse possent, e-  
 go recentem putarem memoriam cuncti senatus  
 46 **commentario me posse superari? \*fero ego te Tor-**  
**quate iamdudum, fero, & nonnunquam animum**  
**incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco**  
**ipse, & reflecto: permitto aliquid iracundia tua, do**  
**adolescencia, cado amicitia, tribuo parenti: sed nisi**  
**aliquem modum vita constitueru, coges oblitum**  
**me nostra amicitia habere rationem mea dignitatis.**  
**nemo vnquam me ne tenuissima suspicione perstrin-**  
**xit, quem non prauerterim. sed mihi hoc credas**  
 47 **velim: non q̄s libentissimè soleo respondere, quos mi-**  
**hi videor facillimè posse superare. \* tu quoniam mi-**  
**nimè ignoras consuetudinem dicendi meam, noli**  
**hac noua lenitate abuci mea: noli aculeos rationis**  
**mea, qui reconditi sunt excussos arbitrari: noli id**  
**putare omnino à me esse ommissum, si quid est ti-**  
**bi remissum, atque concessum. cum ille valent apud**  
**me excusationes iniuria tua, iratus animus tuus, a-**  
**tas, amicitia nostra, tum nondum statuo te virium**  
**fatis habere, vt ego tecum luctari & congregi debe-**  
**am, quòd si esses vsu atq. etate robustior, essem idē,**  
**qui soleo, cum sum laceßitus: nunc tecum sic agam,**  
 48 **tulisse vt potius iniuriam, quàm retulisse gratiam**  
**videar. \* neque verò, quid mihi irascere, intellige-**  
**re possum, si, quod eum defendo, quem tu accusas:**  
**cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum,**  
**quem ego defendo? inimicum, inquis, accuso meum,**  
**& amicum ego defendo meum: non debes tamen**  
 quen-

PRO P. SYLLA.

quenquam in consurationis questione defendere,  
 imo nemo magis eum, de quo nihil est suspicatus,  
 quam is, qui de alijs multa cogitavit, cur dixisti re-  
 stimonium in alios? quia coactus, cur damnati  
 sum? quia creditum est, regium est, dicere in quem  
 velis, ac defendere quem velis; imo seruitus est, non  
 dicere in quem velis, ac defendere quem velis. ac  
 si considerare cœperis, utrum magis mihi hoc ne-  
 cesse fuerit facere, an tibi intelliges, honestius te  
 inimicitarum modum statuere potuisse, quam  
 me humanitatis, \* an verò, cum honos agebatur 49  
 amplissimus familia vestra, hoc est consulatus pa-  
 rentis tui, sapientissimus vir familiarissimū suis  
 non succensuit pater tuus, cum Syllam & defende-  
 rent & laudarent? intelligebat hanc nobis à maio-  
 ribus esse traditam disciplinam, ut nullius amicitia  
 ad propulsanda pericula impediremur & erat huius  
 iudicio longè dissimilis illa contentio. tum afflicto P.  
 Sylla, consulatus vobis pariebatur, sicuti parius est:  
 honoris erat certamen: ereptum repetere vos clami-  
 tabatis, ut victi in campo, in foro vinceretis: tum qui  
 contra vos pro huius salute pugnabant, amicissimi  
 vestri, quibus non irascebamini, consulatum vo-  
 bis eripiebant, honori vestro repugnabant, & ta-  
 men id iniuolatâ vestrâ amicitia, integro officio, ve-  
 teri exemplo atque instituto optimi cuiusque facie-  
 bant. \* ego vero quibus ornamentis aduersor tuus aut 50  
 cui dignitati vestra repugno? quid est, quod iam  
 ab hoc expetas? honor ad patrem, insignia honoris  
 ad te delata sunt. tu ornatus arumnu, venis ad eum  
 Bb 5 lace-

## ORATIO

tacerandum, quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo, & protego. atq; hic tu & reprehendis me, quia defendam, & irasceru: ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum: te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, & satis idoneum officij iudicem posuisse.\* At accusat C. Cornelij filius, idemque valere debet, ac si pater indicaret, o patrem Cornelium sapientem, qui, quod praeiij solet esse in iudicio, reliquerit: quod turpitudinis in confessione, id per accusationem filij susceperit, sed quid est tandem quod indicat per istum puerum Cornelium? si est caussa mihi ignota, cum Hortensio communicata, respondeat Hortensius. si, ut ait, illum comitarum Antronij & Catilinae, cum in campo consularibus comitijs, quae a me habita sunt, eadem facere voluerunt: Antronium tum in campo vidimus: & quid dixi vidisse nos? ego vidi: vos enim tum iudices, nihil laborabatis, neque suspicabamini: ego tectus praesidio firmo amicorum, Catilina tum  
 32 & Antronij copias & conatum repressi.\* num quis est igitur, qui tum dicat in campum aspirasse Syllam? atqui si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Antronio non erat? cur in pari caussa, non paria signa reperiantur criminis? sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitur, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium: quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios, ad M. Leccam, nocte ea, qua consecuta est, posterum



PRO L. FLACCO.

rum diem nonarum Nou. me consule, Catilina de-  
 nunciatione conuenit? qua nox omnium temporum  
 coniurationis acerrima fuit, atque acerbissima. tum  
 Catilina dies exeundi, tum ceteris manendi condi-  
 tio, tum descriptio totam per urbem cadis atque in-  
 cendiorum constituta est: tunc tuus pater, Corneli,  
 id quod tandem aliquando consistetur, illam sibi of-  
 ficiosam prouinciam depoposcit, ut, cum prima luce  
 consulem salutarum veniret, intromissus meo more,  
 & iure amicitia, me in meo lectulo trucidaret. \* 53  
 hoc tempore, cum arderet acerrime coniuratio,  
 cum Catilina egrederetur ad exercitum: Lentulus  
 in urbe relinqueretur: Cassius incendijs, Cethegus  
 cadi preponeretur: Antronio, ut occuparet Hetrur-  
 riam, prescriberetur: cum omnia ordinarentur,  
 instituerentur, pararentur, ubi fuit Sylla, Corne-  
 lii? num Romae? immo longe absuit. num in his legio-  
 nibus, quod se Catilina referebat? multo etiam lon-  
 gius. num in agro Camerti, Piceno, Gallico: quas  
 oras maxime quasi morbus quidam illius furoris  
 peruaserat? nihil vero minus: fuit enim, ut iam  
 ante dixi: Neapoli: fuit in ea parte Italia, qua  
 maxime ea suspicione caruit. \* quid erga indicat, 54  
 aut quid affert aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab  
 eo haec mandata defertis? gladiatores emptos esse  
 Fausti simulatione ad cadem, ac tumultum, ita pro-  
 fus: interpositi sunt gladiatores, quos testamento pa-  
 tris videmus deberi. Arrepta est familia, qua si esset  
 praetermissa, posset alia familia Fausti munus praebe-  
 re. vii-

ORATIO

utinam quidem hac ipsa non modò iniquorum inuidia sed equorum expectationi, satisfacere posset. Properatum vehementer, cum longè tempus muneris abesset, quasi verò tempus dandi muneris non valde aporopinquaret. Nec opinante Fausto, cum

35 ita \* ut litera sint Fausti, per quas ille precibus à P. Sylla petiit, ut emat gladiatores, & ut hos ipsos emat: neque solùm ad Syllam missa, sed ad L. Casarem, Q. Pompeium, C. Memmium, quorum de sententia tota res gesta est. At profuit familia Cornelius, iam si in comparanda familia suspicio est nulla: quòd profuit, nihil ad rem pertinet, sed tamen munere seruili, obtulit se ad ferramenta proficienda, profuit verò nunquam: eaquæ res per bellum Fausti libertum omni tempore administrata est. \* At enim Cincius est ab hoc in vltiorem Hispaniam missus, ut eam prouinciam perturbaret, primùm, Cincius, iudices, L. Iulio. C. Figulo consulibus, profectus est aliquantò ante furorem Catilina, & ante suspicionem huius coniurationis: deinde, est profectus non tum primùm, sed cum in ipsdem locis aliquantò antè, eadem de causa aliquot annos fuisset: ac profectus est non modò ob causam, sed etiam necessariam causam, magna ratione cum Mauritania rege contracta. tum autem, illo profecto, Sylla procurante eius rem, & gerente, plurimis & pulcherrimis P. Cincij prædij venditis, et alienum eiusdem dissolutum est: ut, qua

caussa

PRO P. SYLLA.

caussa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinenda possessionis, ea Cincio non fuerit praedys diminitus.\* iam verò illud quàm incredibile? quàm absurdum? qui Roma eadem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum familiarissimum suum dimittere abs se & mandare in vltimas terras? vtram, quò facilius Roma ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatum esset? at hæc ipsa per se sine vlla consuetudine agebantur: an in tantis rebus, tam nouis consilijs, tam periculosis, tam turbulentis hominem amantissimum sui, familiarissimum, conuictissimum officijs, vsu, consuetudine dimittendum esset: arbitraretur? verisimile non est, vt, quem in secundis rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in aduersis, & in eorum tumultu, quem in se comparabat, ab se dimitteret. ipse autem Cincius (non enim mihi deserenda est causa amici veteris atque hospitij) is homo est, aut ea familia ac disciplina, vt hoc credi possit, eum bellum reip. facere voluisse? vt cuius pater, cum ceteri desicerent finitimi ac vicini, singulari extiterit in rempub. nostram officio. & fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum pura et. cuius as alienum videmus iudices non libidine, sed negotij gerendi studio esse contractum: quia Roma debuit, vt in prouincijs, & in regnis maxima ei pecunia deberentur: quas cum peteret non commisit, vt sui procuratores quicquam oneri absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones & patri-

57

58

## ORATIO

59 patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam vi-  
 lam moram cuiquam fieri creditorum suorum. \* &  
 quo quidem genere, iudices, ego nunquam timui,  
 cum in illa resp. tempestate versarer: illud erat ge-  
 nus hominum horribile, & pertimescendum, qui tā-  
 to amore suas possessiones complexi tenebant, ut ab  
 ijs membra diuelli citius, ac distrabi posse diceret:  
 Cincius nunquam sibi cognationem cum praedijs esse  
 existimauit suis: itaque se non modò ex suspicione  
 tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum  
 sermone, non armis, sed patrimonio suo vindicauit.

60 \* Iam verd, quod subiicit, Pompeianos esse à Sylla  
 impulsos, ut ad istam coniurationem & ad hoc  
 nefarium facinus accederent, id cuiusmodi sit, in-  
 telligere non possum. an tibi Pompeiani conuasse  
 videtur? quis hoc vnquam dixit? aut, quae fuit istius  
 rei vel minima suspicio? disiunxit, inquit, eos à co-  
 loniis, ut hoc dissidio, ac dissensione facta, oppidum  
 in sua potestate posset, & Pompeianos habere. pri-  
 mum, omnis Pompeianorum colonorumque dissensio  
 delata ad patronos est, cum iam inueterasset, ac  
 multos annos esset exagitata: deinde, ita à patro-  
 nis res cognita est, ut nulla in re à ceterorum senten-  
 tijs Sylla dissenserit: postremò coloni ipsi sic intelli-  
 gunt, non Pompeianos à Sylla magis, quam sese esse  
 62 defensos. \* atque hoc, iudices, ex hac frequentia  
 colonorum honestissimorum hominum intelligere  
 potestis: qui adsunt, laborant: hunc patronū, defen-  
 sorem, custodem illius coloniae, si in omni fortuna,  
 atque

PRO P. SYLLA.

atque omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quò afflictus iacet, per vos tutari conseruare què cupiunt. adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur. qui ita de ambitione & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, vt idem de communi salute sentirent. \* ac ne hæc quidem P. Sylla mihi videtur silentio prætereunda esse virtus. quodd cum ab hoc illa colonia deducta sit: & cum commoda colonorum à fortuna Pompeianorù, populi R. fortuna diuiserit, ita charus vrisque est atque iucundus, vt non alter vos dimonisse, sed vtrosque constituisse videatur. at enim & gladiatores, & omnis ista vis, rogationis Cæcilia causa, comparabatur. atq; hoc loco in L. Cæciliū prudentissimū, atq; ornatissimum virum, vehementer inuectus est: cuius ego de virtute & constantia, iudices, tantum dico: alem hunc in ista ratione, quam promulgauit, non de tollenda, sed de leuanda calamitate fratris sui fuisse, vt consultum esse voluerit fratri: tamen cum repub. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno: destiterit fratris auctoritate deductus. \* atque in ea re per L. Cæciliū Sylla accusatur, in qua re est vterque laudandus. Primum Cæcilius, qui id promulgauit, in quo res iudicatas vid. batur voluisse rescindere, \* vs statueretur. Sylla recte reprehendit, stat. n. resp. maxime iudicari reb. continetur: neq; ego tam um fraterno amori dandum arbitror, vt quisquã de salute suorum cõsulat, communè relinquat, nihil de iudi-

62

63

ORATIO

iudicio ferebat: sed penam ambitus auferebat,  
 qua fuerat nuper superioribus legibus constituta:  
 itaque hac rogatione non iudicum sententiam, sed  
 legis vitium corriperebat, nemo iudicium reprehendit,  
 cum de poena quaritur, sed legem. damnatio  
 enim est iudicum, qua manebat: poena legis, qua  
 64 leuabatur. \* noli igitur animos eorum ordinum,  
 qui praesunt iudicij summa cum grauitate & di-  
 gnitate, alienare a causa, nemo labefactare iu-  
 dicium est conatus: nihil est eiusmodi promulga-  
 tum, semper Caelius in calamitate fratris sui iu-  
 dicium potestatem perpetuandam, legis acerbita-  
 tem mitigandam putauit. sed quid ego de hoc plu-  
 ra disputem? dicerem fortasse, & facile & liben-  
 ter dicerem: si paulo etiam longius, quam finis quo-  
 tidiani officij postulat, pietas & fraternus amor  
 L. Caelium protulisset, implorarem sensu vestro,  
 vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer: pe-  
 terem errato veniam L. Caelij ex intimis vestris  
 65 cogitationibus, atque ex humanitate communi.\*  
 lex dies fuit proposita paucos, ferri caepa nun-  
 quam: posita est in senatu: populum R. latuit:  
 cum in Capitolium nos senatum conuocassemus, ni-  
 hil est actum prius, & id mandato Sylla Q. Metellus  
 praetor se loqui dixit, Syllam illam rogationem de  
 se nolle ferri, ex illo tempore L. Caelius multa de  
 rep. egit: Agrariae legi, qua tota a me reprehensa  
 & abiecta est, intercessorem se fore professus est:  
 improbis largitionibus restitit: senatus auctorita-  
 tem



ORATIO

mibi concedas necesse est, hunc, cum Catilina suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem iudicio amiserat, per vim recuperando cogitavisse. neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium  
 69 crimē, iudices, P. Sylla persona suscepit. \* iam enim faciam, criminibus omnibus ferē dissolutis, contra atq; in ceteris causis fieri solet, ut nunc demum de vita hominis, ac de moribus dicam. etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere expectationi hominum, de me aliquid, & de ipso, qui accusatus est, dicere: nunc iam reuocandi estis eō, quod vos ipsa causa etiā tacente me cogit, animis omnibus in rebus, iudices, que grauiore maioreq; sunt, quid quisq; voluerit, cogitavit, admisit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest  
 70 quisquā nostrū subitū fingi, neq; cuiquā repente vita mutari, aut natura conuerti. \* circumspicite paulisper mentibus vestris, ut alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerūt. Catilina cōtra rep. coniurauit. cuius aures vnquam hoc respuerunt, conatum esse hominē vsq; à pueritia non solū intemperantia & scelere, sed etiā consuetudine, & studio in omni flagitio, stupro, cæde versatū? quis eum contra patriam pugnantem perisse miratur, quē semper omnes ad ciuile latrocinium natum putauerunt? quis Lentuli societates cum indicibus, quis insaniam libidinum, quis peruersam atq; impiam religionem recordatur, qui illum aut nefariē,

AUS



PRO P. SYLLA.

aut stultè cogitasse miretur? quis de C. Cethego,  
 atque eius in Hispaniam profectio, ac de vulnere  
 Q. Metelli Pij cogitat, cui non ad illius penam car-  
 cer adificatus esse videatur? \* omitto ceteros, ne  
 fit infinitum: tantum à vobis peto, vt taciti de omni-  
 bus, quot coniuasse cognitum est, cogitetis: intelli-  
 getis vnumquemque illorum prius à sua vita, quam  
 nostra suspitione esse damnatum. ipsum illum An-  
 tronium (quoniam eius nomen finitimū maximè est  
 huius periculo & crimini) non sua consuetudo, ac  
 vita antea acta conuincit? semper audax, petulans;  
 libidinosus: què in stuprorum defensionibus non solū  
 verbis vti improbitissimū solitū esse scimus, verū etiā  
 pugnis, & calcibus, quem exturbare homines è pos-  
 sessionibus, eadem facere vicinorum, spoliare fana  
 sociorum, vi conatum & armis disturbare iudicia,  
 in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugna-  
 re contra bonos, non reip. cedere, non fortuna ipsi  
 succumbere: huius si causa non manifestissimis re-  
 bus teneretur, tamè eum mores ipsius, ac vita con-  
 uincerent. \* agedum, conferte nunc cum illius vita,  
 vitam P. Sylla, vobis populoque Rom. notissimam,  
 iudices, & eam ante oculos vestros proponite. ec-  
 quod huius factum, aut commissum, non dicam au-  
 dacius, sed quod cuiquā pauld minus consideratum  
 videretur factum, quero? verbum ecquod vnquam  
 ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offen-  
 di? at verd, in illa graui L. Sylla victoria turbulen-  
 taque, quis P. Sylla mitior? quàm multorum hic v-

ORATIO

tam est à L. Sylla deprecatus? quam multi sunt sã-  
 wii homines & ornatissimi, & nostri, & equestri  
 ordinis, quorum pro salute se hic Sylla obsignauit,  
 quos ego nomina: em: neque enim ipsi uolent, &  
 huic animo gratissimo adsunt: sed quia maius est  
 beneficium, quam posse debet ciuis ciui dare, ideo à  
 uobis peto, ut, quod potuit, tempori tribuatis, quod  
 73 fecit. ipsi: quid reliquam constantiam uita com-  
 memorem? dignitatem, liberalitatem, moderatio-  
 nem in priuatis rebus, splendorem in publicis? qua  
 ita à fortuna deformata sunt, ut tamen à natura  
 inchoata compareant, qua domus? qua celebratio  
 quotidiana? qua familiaris dignitas? qua studia a-  
 micorum? qua ex quoque ordine multitudo? hac  
 diu multumque, & multo labore questita, una erip-  
 puit hora. accepit P. Sylla, iudices, uehemens vul-  
 nus, & mortiferum, ueruntamen eiusmodi quod  
 uideretur eius uita, & natura accipere potuisse:  
 honestatis & dignitatis habuisse nimis magnam  
 iudicatus est cupiditatem: quam si nemo alius  
 habuit in consulatu petendo, cupidior iudicatus est  
 hic fuisse, quàm ceteri, sin etiam in alijs nonnullus  
 fuit iste consulatus amor, fortuna in hac fuit for-  
 74 tasse grauior, quàm in ceteris. \* postea uerò quis P.  
 Syllam, nisi merentem, demissum afflictumque ui-  
 dit? quis unquam est suspicatus hunc magis odio,  
 quàm pudore hominum aspectum lucemquã uitare?  
 qui dum multa haberet inuitamenta urbis, &  
 fori, propter summa studia amicorum, quæ tamen

PRO P. SYLLA.

ei sola in malis restiterunt, abfuit ab oculis vestris,  
 & cum lege retineretur, ipse se exilio penè multat-  
 uit, in hoc vos pudore iudicij, & in hac vita tanto  
 scelere locum fuisse creditis? aspiciate ipsum, contue-  
 mini os, conferte crimen cum vita vsq; ad hoc tēpus  
 explicata: tum crimen recognoscite. \* mitto temp. 75  
 quæ fuit semper Sylla carissima, hōsne amicos, tales  
 viros, tam cupidos sui, per quos res eius secūda quō-  
 dam erant ornata, nunc subleuantur aduersæ, cru-  
 delissimè perire voluit, vt cum Lentulo, & Catili-  
 na, & Cethego scēdissimam vitam ac miserrimam,  
 turpissimam morte propiciata degeret? non, inquam,  
 cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in  
 hanc vitam non in hunc hominem ista suspicio, no-  
 ua quædam illa immunitas exorta est: incredibilis  
 fuit, ac singularis furor: ex multis ab adolescentia  
 collectis perditorum hominum vitijs, repente tanta  
 ista importunitas inauditi sceleris exarsit. \* nolite, 76  
 iudices, arbitrari hominum illum impetum, & co-  
 natum fuisse: neque enim vlla gens tam barbara,  
 aut tam immanis vnquam fuit, in qua non modo  
 tot, sed vnus tam crudelis hostis patria sit inuentus.  
 belluæ quædam illa ex portentis immanes, ac feræ,  
 forma hominum induta extiterunt. perspicite et-  
 iam atque etiam, iudices, nihil enim est, quod in  
 hac causa dici possit vehementius. penitus introspi-  
 cite Catilina, Antronij, Cethegi, Lentuli, cetero-  
 rumque mentes: quas vos in his libidines, quæ stigi-  
 tia, quas turpitudines, quantas audacias, quam

## ORATIO

incredibiles furores, quas notas scelerum, qua indicia parricidiorum, quantos acervos facinorū reperietis? ex magnis, & diuturnis, & iam desperatis reip. morbis, ista repente vū erupit, ut, ea cōfecta & eiecta, conualefcere aliquando & sanari cūit as possit. neq; enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in rep. pestibus, diutius hoc imperium stare potuisse. itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas reip. pœnas, furia quadam incitantur.

- 77 \* in hunc igitur gregem vos nunc P. Syllam, iudices, ex his, qui cum hoc viuunt, atque vixerunt, honestissimorum hominum gregibus reijcietis? ex hoc hominum numero, ex hac familiari dignitate in impiorū partem atq; in parricidarū cœtum ac numerum transferetis? vbi erit igitur illud fortissimū praesidium pudorū? quo in loco nobis vita ante acta proderit? quod ad tempus existimationis parte fructus reseruabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortuna deseruerit? si non aderit? si nihil
- 78 adiuuabit? \* quæstiones nobis seruatorum ac tormētā accusator mimitatur. in quibus quanquam nihil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis, regit quasitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus: ut in tot rerum angustijs nihil veritati loci relinquatur. vita P. Sylla torqueatur: ex ea queratur, num qua occultetur libidonū quod lateat facinus, num qua crudelitas, num qua audacia: nihil erroris erit in causa, nec obscurita-

PRO P. SYLLA.

tis, iudices si à vobis vita perpetua vox ea, que gra-  
 uissima debet esse, auditur. \* nullum in hac causa 79  
 testem timemus: nihil quenuam scire, nihil vidisse,  
 nihil audisse arbitramur, sed tamen si nihil vos P.  
 Sylla fortuna mouet, iudices, v:stra moueat: vestra  
 enim, qui cum summa elegantiâ, atque integritate  
 vixistis, hoc maximè inuesti, non ex libidine, aut si-  
 multate, aut leuitate testium, causas honestorum  
 hominum ponderari, sed in magis disquisitionibus,  
 repentinisq; periculis vitam vniuscuiusque esse te-  
 stem. quam vos, iudices, nolite armis spoliari am  
 atque nudatam obijcere inuidia, dedere suspicioni  
 munire communem arcem bonorum: obstruite per-  
 fugia improborum: valeat ad poenam & ad salu-  
 tem plurimum, quam solam videtis ipsam ex vi sua  
 naturaq; facillimè perspicui, subito flecti fingiq; non  
 posse. \* quid verò hac auctoritas, (semper enim de 80  
 ea dicendum est, quauquam à me timide modiceq;  
 dicitur) quid, inquam, hac auctoritas nostra, qui  
 à ceteris coniurationis causis abstinuimus, P.  
 Syllam defendimus, nihil hunc tandem iuuabit?  
 graue, si appetimus aliquid: si cùm ceteri de  
 nobis silent, non etiam nosmetipsi tacemus, graue:  
 sed si ladimur, si accusamur, si in inuidiam voca-  
 mur: profectò concedeti, iudices, vt nobis liberta-  
 tem retinere liceat, si minus, liceat dignitatem. \* 81  
 Accusati sunt vno nomine consulares, vt iam  
 videatur honoris amplissimi nomen plus inuidia,  
 quàm dignitatis asferre, assuerunt, inquit, Catili-  
 na, illumq; laudarunt, nulla tñ patebat, nulla erat  
 Cc 4. cognita

ORATIO

cognita coniuratio: defendebant amicum, aderant  
 supplici, vitæ eius turpitudinem in summis eius peri-  
 culis non insequabantur, quin etiam parens tuus,  
 Torquate, cōsul reo de pecunijs repetundis. Catilina  
 fuit aduocatus, improbo homini at supplici: fort asse  
 audaci, at aliquādo amico, cui cum adfuit post de-  
 latam ad eum primam illam coniurationem, indi-  
 cavit se audisse aliquid, non credidisse, at idem non  
 adfuit alio in iudicio, cum adessent ceteri, si postea  
 cognōrat ipse aliquid, quod in consulatu ignorass: i:  
 ignoscendum est ijs, qui postea nihil audierunt, sin  
 illa res de pecunijs repetundis prima valuit: non in-  
 ueterata, quā recens debuit esse grauior, sed si  
 tuus parens etiam in illa suspitione periculi sui, ta-  
 men humanitate adductus, aduocationem hominis  
 improbi sui sella cyruli, atque ornamentis & suis  
 & consulatu honestavit: quid est, quamobrem con-  
 sulares, qui Catilinæ adfuerunt, reprehendantur?  
 at iſdem ijs, qui ante hunc causam de coniuratione  
 dixerunt, non adfuerunt, tanto scelere astrictus ho-  
 minibus statuerunt, nihil à se adiumenti, nihil opis,  
 nihil auxily ferri oportere, atque ut de eorum con-  
 stantia at quo animo in temp. dicam, quorum tacita  
 grauitas, & fides de vnoquoque loquitur, neque cui-  
 usquam ornamenta orationis desiderat: potest  
 quisquam dicere, vnquam meliores, fortiores, con-  
 stantiores consulares fuisse, quā ijs temporibus &  
 periculo, quibus penè oppressa est resp. quis non de  
 communi salutē apertissimè, quis non fortissimè,  
 quis non constantissimè sensit? neque ego precipue de  
 consu.

PRO P. SYLLA:

consularibus disputo: nam hæc hominum ornatissimi-  
 morum, qui prætores fuerunt, & vniuersi seruatæ  
 communis est laus: vt constet, post hominum memo-  
 riam nūquam in illo ordine plus virtutis, plus amo-  
 ris in rep. plus grauitatis fuisse. sed quia sunt de-  
 scripti consulares, de his tantum mihi dicendum  
 putauit: quod satis esset attestante memoria omni-  
 um, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non om-  
 ni studio, virtute, auctoritate incubuerit ad rep.  
 conseruandam. \* sed quid? ego, qui Catilinam non. 83  
 laudavi, qui reo Catilina consul non adsui, qui tes-  
 timonium de coniuratione dixi in alios, adeone vo-  
 bis alienus à fæuitate, adeo oblitus constantiæ meæ,  
 adeo immemor rerum à me gestarum esse videor,  
 vt, cum consul bellum gesserim cum coniuratis, nunc  
 eorum ducem conseruare cupiam? & in animum  
 inducam, cuius nuper ferrū retulerim, flammam-  
 que restinxerim, eiusdem nunc causam vitamq; de-  
 fendere? si medijs fidijs iudices, nō me ipsa resp. meis  
 laboribus & periculis conseruata, ad grauitatē ani-  
 mi & constantiam, sua dignitate reuocaret, tamen  
 hoc natura est insitum, vt, quem timueris, qui cum  
 de vita fortunisque contenderis, cuius ex insidijs eua-  
 seris, hunc semper oderis. sed cum agatur honos me-  
 us amplissimus, gloria rerum gestarum singularis,  
 cum, quoties quisquam est in hoc scelere conuictus,  
 toties renouetur memoria per me inuicta salutis: ego  
 sim tam demens, ego committam, vt ea qua profu-  
 lute omnium gesti, casu magis, & felicitate à nō,  
 quam virtute & consilio gesta esse videantur? \* quid 84

ORATIO

ergo? hoc tibi sumis, dicit fortasse quispiam, ut, quia  
tu defenderis, innocens iudicetur? ego vero iudices,  
non modò nihil mihi assumo, in quo quispiam re-  
pugnet: sed etiam, si quid ab omnibus conceditur,  
id reddo ac remitto. non in ea rep. versor, non ijs  
temporibus caput meum obtuli pro patria periculò  
omnibus, non aut ita sunt extincti quos vici, aut ita  
grati quos seruavi, ut ego mihi plus appetere coner.  
quàm quantum omnes inimici inuidiòq; patiantur.

85\* graue esse videretur eam, qui inuestigari coniu-  
rationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui sena-  
tus singularibus verbis gratias egerit, cui vni rogato  
supplicationem decreuerit, dicere in iudicio: non  
defenderem, si coniurasset. non dico id, quod graue  
est: dico illud, quod in his causis cõiurationis non au-  
ditoriati assumam, sed pudori meo. ego ille coniu-  
rationis inuestigator, atque vltor, certè non defen-  
derem Syllam, si coniurasse arbitrarer: ego, iudices,  
de tantis omnium periculis cum quererem omnia,  
multa audirem, non crederem omnia, cauere om-  
nia, dico hoc, quod initio dixi, nullius iudicio, nul-  
lius suspitione, nullis literis de re P. Sylla rem vllam

86 ad me esse delatam. \* quamobrem vos dõ patrij ac  
penates, qui huic vrbi atq; huic imperio presidetis,  
qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumq;  
R. qui hac tecta atque templa, me consule, vero  
nomine auxilioq; seruastis, testor, integro me animo  
ac libero P. Sylla causam defendere, nullum à me  
sciente facinus occultari, nullum scelus susceptum  
contra salutem omnium defendi ac regi: nihil de  
hoc



PRO P. SYLLA.

hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil au-  
 diui. \* itaque idem ego ille, qui vehemens in alios, 87  
 qui inexorabilis in ceteros esse visus sum, persolui  
 patria, quod debui: reliqua iam à me mea perpetua  
 consuetudini naturaq; debentur, tam sum miseri-  
 cors, iudices, quàm vos, tam mitis, quàm quile-  
 nissimus. in quo vehemens fui vobiscum, nihil feci,  
 nisi coactus reip. precipitanti, subueni: patriam  
 demersam extuli: misericordia civium adducti.  
 tunc fuimus tam vehementes, quàm necesse fuit.  
 salus esset omnium amissa vna nocte, nisi esset sceleritas illa suscepta. sed vt ad sceleratorum poenam amore reip. sum adductus, sic ad salutem innocenti-  
 um voluntate deducor. \* nihil video esse in hoc P. 88  
 Sylla, iudices, odio dignum. misericordia digna  
 multa: neq; enim nunc propulsanda calamitatis sua  
 causa, supplex ad vos iudices, confugit, sed  
 ne qua generi ac nomini suo nota nefaria turpitudinis inuratur. nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliqua vita, quibus latari & perfrui possit? domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum ac vestitum recuperabit. omnia, iudices, hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta vnius iudicij calamitate occiderunt. sed ne extinctor patria, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis in familia relinquat, id laborat, id metuit: cui honores integros fructus non sit traditurus, ne aeternam memoriam de decore relinquat. \* 89  
 hic vos orat, iudices, paruus, vt se aliquando si non  
 inte-

ORATIO

integra fortuna, at afflictā, patri suo gratulari si-  
 natis. huic misero notiora sunt iudiciorum itinera  
 & fori, quam disciplinarum. non iam de vita P.  
 Sylla, iudices, sed de sepultura contenditur, vitā ere-  
 pta est superiore iudicio: nūc, ne corpus eiciatur, la-  
 boramus: quid enim est huic reliqui, quod eum in  
 vitā hac teneat? aut quid est, quam obrem hac cui-  
 quam vitā videatur? nuper is homo fuit in ciuitate  
 P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratiā,  
 neque fortunā anteferreret. nunc spoliatus omni di-  
 gnitate, quae erepta sunt, nō repetit: quod fortuna in  
 malis reliqui fecit, vt cum parente, cum liberis, cum  
 fratre, cum his necessarijs lugere suam calamitatē  
 90 liceat, id sibi ne eripatis, iudices, vos obrestatur. \* Te  
 ipsum iam, Torquate, expletum esse huius miserij,  
 parerat, etsi nihil aliud Sylla nisi consulatum ab-  
 stulisset, tamen eo vos contentos esse oportebat, ho-  
 noris enim contentio vos ad causam, non inimicitia  
 deduxerunt. sed cū huic omnia cum honore de-  
 tracta sim: ūm in hac fortuna misera ac luctuosissi-  
 sima destitutus sit: quid est, quod expetas amplius?  
 lucisne hanc vsuram eripere vobis plenam lachryma-  
 rum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu  
 atque dolore retinetur? liberiter reddidit, adempta  
 ignominia fœdissimi criminis, an verò inimicum vt  
 expellas? cuius ex miserij, si esses crudelissimus, vi-  
 dendo fructum caperes maiorem, quam audiendō?  
 91 \* ō miserum, & infelicem illum diem, quo consul  
 omnibus centurijs P. Sylla renuntiatus est: ō falsam  
 spem: ō volucrem fortunam: ō cœcā cupiditatem:

PRO P. SYLLA.

præposteram gratulationem, quàm citò illa omnia  
 ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrymas re-  
 cederūt. vt, qui paulò ante consul designatus fuisset,  
 retineret repente nullum vestigium pristina digni-  
 tatis. quid enim erat mali, quod huic spoliato hono-  
 re fama, fortunis, deesse videtur? aut cui noua ca-  
 lamitatis locus vllus relictus esset? vrger eadem fortu-  
 na, qua cepit: repetit nouum mærorem. non patitur  
 hominem calamitosum, vno modo afflictum, vno  
 in luctu perire. \* Sed iam impediò, ego met, iudices, 92  
 dolore animi, ne de huius miseria plura dicam, ve-  
 stra iã sunt partes, iudices: in vestra mansuetudine  
 arg, humanitate causam totam repono. vos & re-  
 iectiõne interposita, nihil suspicantibus nobis, repen-  
 dini in nos iudices, cõsistis, ab accusatoribus dele-  
 cti ad spem acerbitatis, à fortuna nobis ad presidi-  
 um innocentia constituti. vt ego, quid de me populus  
 Rom. existimaret, quia seuerus in improbos fueram,  
 laborau, & qua prima innocentis mihi defensio est  
 oblata, suscepi: sic vos seueritatem iudiciorum, qua  
 p̄r hos m̄es in homines audacissimos facta est, le-  
 nitate ac misericordia mitigat. \* hoc cū impetrare 93  
 à vobis ipsa causa debet: tum est vestri animi arg,  
 virtutis, declarare non posse eos vos, ad quos potissi-  
 mū interposita reuertiõne deuenire cõueverit. in quo  
 ego iudices, vos, quantū meus amor in vos postulat,  
 tantum hortor, vt commun: studio, quoniam in rep.  
 coniuncti sumus, mansuetudine & misericordia ve-  
 stra falsam à nobis crudelitatis famam repellamus.

PRO